



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

XXIII. Burckhardus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

gensẽ Episcopos. Eodem tamen anno ab Episcopis Ultramontanis (inter quos numerabatur quoque Ellenhardus,) literæ ad Pontificem Gregorium missæ sunt, in quibus confitebantur se errasse, & nimium deliquisse, qui postulabant quoque veniam, & omnem de cætero obedientiam firmiter sponderunt, ut ex vita Gregorij Pontif. recitat Baronius Tomo XI. anno M. LXXVI. N. 22. Ellenhardus anno M. LIII. Frisingensis Præsul factus est. Defunctus anno M. LXXVII. postquam XXV. annos Ecclesiæ illi præfuisset. Obiit ergo ante Wiberti Antipapæ intrusionem, quæ biennio demũ post, nempe anno M. LXXX. contigit.

XXIII. Burckhardus.

Non virtutis egens Burckhardus, erat bene degens.
Qui sedit años IV. Episcopatu se abdicavit anno Christi M. C. LIII. Quem Bruschanus Catalogus, tanquã ignaum & hominem nauci, valdè infamat; prædicto quẽ versiculo subiungit istos.

De decus Ecclesiæ se fuit esse sua.

Præsulis hic morem nullum tenuit neq. honorem.

Sed tantum nomen cuius & umbra fuit.

In manuscripto nostro, præter primum versum, nullus alius comparet. Malè tamen audit Burckhardus iste, etiam in Commentariolo Adelberti; & in eum, tanquam in auctorem, conicitur omnis fermè culpa turbarum & seditionum, quæ in Monasterio Heidenheimensi exstiterunt, quòd decreto Eugenij Pontificis sæculares Canonici inde migrare, & antiquis inquilinis Ordinis diui Benedicti cedere iussi essent. Vide Adelbertum, libro secundo Observat. insertum.

XXIV.